

sui copia non recedit; Munus suum effundit & recipit: tantumq. possidet. quantum fuerat ante largitus. donat & donatarum rerum dominus inuenitur; Hanc aliter carissimi ante diem iudicii. in unctas basilicas. in omnes ecclesias. in omnium denique fidelium pectus. iustorum splendor infunditur. in se scilicet rediturus. cum persona sumpsit iudicantis; Sicut uilis comparatio ista uidebitur. si hoc accipiat maiestatis esse non erroris. quod diuinis corruptibilia. quod magnis parua concludimus; Primordia que generis sunt ex perpetua nesciunt definiri; Inclinata substantia detaxat. in se sue similitudinis retinet dignitatem; Nec qualitas nec quantitas reperitur. cui trinitas possit aequari; Celestis ratio. docetur. non comparatur; Insinuatur. non ornatur; Docuit ergo nos diuinitatem. solis exemplum. Non tamen se miscuit unitati; Jam illud omnibus liquet. ex nihilo dominum fecisse quod non erat. Unde sepe dialecticorum uirus eliditur.

Sic enim ex inani rerum auctor dominus. uas hoc spirituale. & membra composuit. cur non potuit animatum corpus. & uelut sanguinis fermento globatum.